Fragmentarium

Secundum lucam

In illo tempore: Deſcendens ihc de monte. ſtetit i loco campeſtri. et turba diſcipulorum eius. et multitudo copioſa plebiſ ab omni iudea et iheruſalem et maritima et tyri et ſidoniſ: qui uenerant ut audirent eum et ſanarentur a languoribus ſuiſ. Et qui uexabantur ab ſpiritibus immundiſ: curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere: quia uirtus de illo exibat et ſanabat omnes. Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos: dicebat. Beati pauperes: quia ueſtrum eſt regnum dei. Beati qui nunc eſuritiſ: quia ſaturabimini. Beati qui nunc fletiſ: quia ridebitis. Beati eritis cum uos oderint homines et cum ſeparauerint uos et exprobrauerint et eiecerint nomen ueſtrum tamquam malum: propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces ueſtra multa eſt in celo. Secundum: LUCAM

82/04/937 - a 3173 mc 8:9

License: public_domain – [sine loco], codices restituti, various, Sacramento_v – Beauvais Missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-4ihz/2839/37267)